


Mis en ligne par Elen Buzaré, le 22 septembre 2014 (dernière m.a.j. : 27 février 2018)



Matthew Keil, un enseignant américain de la Francis Lewis High School à Astoria New York nous expose la façon dont il enseigne le Latin à ses étudiants.

La vidéo est en latin avec sous-titres en anglais.

Traduction (Source: <http://linguae.weebly.com/>)

Salvēte omnēs! Nōmen meum Mattaeus Kīlum est et magister sum Latīnitātis in scholā secundāriā Novī Eborācī. Omnēs trēs annōs Latīnitātis dōceō in scholā meā et solum magister sum.

..quia in coniugātiōne tertiā signum praesentis subiunctivī est `a`.....

Hī studentēs in annō secundō sunt Latīnitātis et in omnibus paene diēbus synopsis eīs scrībenda est dē aliquō verbō novō. Formae imperātivī sunt maximī momentī quandō studentēs discunt linguam novam nam hōc modō infantēs quoque novam linguam discunt. Imperātivīs et mōtibus manuum ita intellegere possunt quid rogētur. Hōc modō, sine labōre et post multās repetitiōnēs multum vocābulōrum noscere incipiunt

...quae verba sunt derivāta in linguam Anglicam ex hōc verbō? `Transmit` -bene dictum, `transmitto` - to send across. Aliquid alter, anything else.... How would you say to send out something? `Emittō`, exactly. To send to something -admitto. Admit. Nunc, ad infinitivos. Tu .. supple nobis omnes infinitivos. `Mittere`. Et `mitti`

Prīmum necesse est mihi dīcere me incipere discere linguam Latīnam in modō traditiōnālī, id est in memoriā mea pōnēbam multas coniugātiōnēs ac dēclīnātiōnēs et omnēs normae grammaticae artis. Post spatium temporis et multum cum labōre poteram legere multōs scrīptōrēs antiqūos et multa scrīpta apud antiqūos auctōrēs - apud Cicerōnem, apud Virgiliū, Horātium et Bibliam Sacram et post duōs annōs occasiōnem habuī stūdere Rōmae cum magistrō magnō Latīnitātis Reginaldō Foster cancellārius Papae Latīnus et grātiā deō natūraliter īvī et quāle magnum tempus habuī. In omnibus diēbus legēbāmus auctōrēs nōn solum ex temporibus antiqūis sed quoque ex mediaevālī aevō et Renascenti. Legēbāmus auctores antiqūos Cicerōnem et Quīntiliānum sed quoque patres Ecclēsiae et multōs scrīptōrēs ex Renascenti, Leonardum Dōnum Brūnōnum et Petrarchum. Et quid fuit maximī momentī, Reginaldus Foster, magister noster, dīcēbat Latīnē. Quandō legēbāmus aliquid auctōris huius, nōn solum necesse fuit nōbīs transferendum in Anglicam, ut semper, sed nunc in alia verba Latīna et porrō post diem parātam sub arborēs ambulāvimus et ibi sessimus et sub arboribus loquēban- loquēbāmur alter aliīs Latīne. Hae exercitiōnēs nōs compulsae sunt cōgitāre quōmodo **dedeat** aliquid vel aliquid Latīne. Vocābula nostra crēvērunt et quoque celeritās nostra quō incepit festināre quō poterāmus loquī Latīnē. Tamquam dixit Cātō - Magnus - `rem tenē, verba sequentur.` Hic fuit ūsus meus primus dīcendī Latīnē sed posteā audīvī de conventiculō Latīnitātis quod foret in Hungariā et ibi et illūc **videra** - vīdī mirābilem situm. Nunquam in tōtā vitā meā vīderam tam - tantōs populōs qui potuerant loquī Latīnē et putāre Latīnē quoque. Hic, hoc conventiculum facultātem praebuit participibus ex omnibus partibus orbis terrārum loquī alter cum aliīs Latīne dē rēbus omnibus, de rēbus politicīs, dē rēbus **artibus** et dē rēbus humanīs. Bene, et praesertim dux conventiculī - imperātor - fuit Aloysius Migaglia, vir fortasse optimus in tōtō mundō qui potest dīcere Latīne et **commūnāre** cum aliīs in Latīnā linguā. Possum meminisse diē primō ille - illum dīxisse : linguam Latīnam duās virtūtibus ūtī: prīmam, linguam catēnam formāre inter mentēs **grandās** ex temporibus antiqūis usque ad tempus nostrum et nōs posse **commūnāre** scrīptīs librīsque suīs. Secundum - linguam Latīnam formāre catenam inter virōs humanōs quī fortasse nōn vīvunt in eādē terrā et quī non possint dīcere eandē linguam. Per Latīnam nōs posse intellegere aliōs et dīcere cum aliīs. Ego sciō timōrem esse apud magistrōs magistrāsque Latīnitātis dē loquendō Latīnē tamquam mūtāre lineās famōsās Virgīlii: *quidquid est timeō populōs Latīnē loquentes*. Sed Rōma nōn aedificāta est ūnum diem et beneficia sunt maiōra quam

perīcula.